



## S E C T I O II.

*De Arte magna, generali & ultima, seu Lexico Philosophico.*

**A**D discendam Encyclopædiam duo præexiguntur à studioso, notitia videlicet artis magna, & solida scientia Canonica.

Ars magna  
quid sit?

Lullius Philosophus  
Majoricanus,

*Ars magna est, quæ tradit generalissimos terminos, qui in omnibus & singulis disciplinis occurrunt. Ea inventa est à Lullio, philosopho Cathalano, de cujus scriptis cogitabis illud: Aurum inter sterco-  
ra. Hæc ars non tantum est Logica concreta, ut Keckermannus statuit; non est Logica rebus applicata, ut Zabarella vult; non est Metaphysica, ut Tholozanus & alii existimant. Sed est altior & generalior & Logicâ & Metaphysicâ. Eam ob causam vocatur ars magna generalis, & ultima. Magna dicitur, ob excellentiam & eminentiam. Generalis, propter terminos, quos explicat, generalissimos, qui in aliis scientiis occurrunt. Ultima, quia post alias est inventa. Ea enim est generalissimorum natura, ut sint quidem priora singularibus & γενέσει & γνώσει, sed non semper ἀπέσει, ut loquuntur in Scholis.*

Ars magna  
est

*Ars igitur magna est generalissimorum terminorum explicatio.*

I. Inventiva,

*Ea est vel inventiva, vel applicativa. Inventiva dicitur, quatenus docet disferere πειρὸ πάντων νοητῶν, de omni scibili. Et, ut Treutlerus ait, quia tradit rationem terminos cujuslibet rei inveniendæ,  
multi-*